

V./Ke.

Urkunde zur Errichtung einer Pfarrei zum hl. Michael
in Schwarzenbek

Helmut Hermann
durch göttliche Erbarmung und Gnade des hl. Apostolischen Stuhles
Bischof von Osnabrück
Doktor der hl. Theologie

Das Heil der Seelen und die Aufgabe der kirchlichen Leitung erfordern es vor allem, dass, wo immer sich eine nennenswerte Anzahl von Gläubigen versammelt und es sehr schwierig ist, eine Pfarrkirche aufzusuchen, möglichst bald in deren Mitte ein Haus des Herrn errichtet und diesen als Hirte der neuen Herde ein Priester gesandt werde.

Deshalb ist am 7. Dezember 1951 in Schwarzenbek eine Kuratie oder ständige Vikarie mit einer eigenen, dem hl. Michael geweihten Kirche und einem Wohnhaus für den Priester, dem die Seelsorge anvertraut ist, errichtet worden. Da alles, was zur Neuerrichtung einer Pfarrei nach Kanon 1427 des Codex Iuris Canonici erforderlich ist, vorhanden ist, ist es der Wunsch aller, dass dort eine mit eigenen Rechten entsprechend den hl. Vorschriften ausgestattete Pfarrei begründet wird.

Deshalb beschließen wir im Herrn, die zur Ehre des allmächtigen Gottes und zur Vermehrung der christlichen Religion verkündete, dem hl. Michael geweihte Kirche zu einer Pfarrkirche zu erheben.

Unter Anrufung des Namens unseres Herren Jesus Christus, seiner glorreichen jungfräulichen Mutter Maria, des hl. Michael erheben und errichten wir kraft unserer Amtsautorität, nachdem alle angehört worden sind und zugestimmt haben, die nach dem Recht (can. 1428 §1, Motu proprio „Ecclesiae Sanctae“ I, Nr. 21 §3) zu hören sind, im Sinne der Anwesenden die dem hl. Michael geweihte Kirche zur Pfarrkirche, und wollen und erklären sie als errichtet, wobei wir ihr den ganzen Bereich mit allen dort lebenden Gläubigen zuerteilen, dessen Grenzen in den Schreiben vom 7. Dezember 1951 (Kirchl. Amtsblatt Bd. 29, S. 1, Art. 1), vom 28. April 1960 (Kirchl. Amtsblatt Bd. 36, S. 93, Art. 138) und vom 7. Dezember 1973 (Kirchl. Amtsblatt Bd. 39, S. 305, Art. 446) genau bezeichnet sind. Zugleich übertragen wir hiermit der oben erwähnten Kirche alle Rechte und Privilegien, die Pfarrkirchen zustehen.

Auch wollen wir und ordnen an, dass der Priester, dem wir in dieser neuen Pfarrei den pfarrlichen Dienst übertragen werden, die Rechte eines Pfarrers habe und dessen Aufgabe nach der Norm der Canones 451 – 470 des Codex Iuris Canonici erfülle. Im Herrn vertrauen wir darauf, dass das christliche Volk, das seiner Sorge anvertraut ist, seine Pfarrkirche fromm aufsuche, an den Gottesdiensten andächtig teilnehme, die Sakramente ehrfürchtig empfangen, die Feste unseres Herrn Jesus Christus, der seligen jungfräulichen Gottesgebäuerin Maria, des hl. Erzengels Michael und anderer Heiligen mit der schuldigen Feierlichkeit begehe, das Wort Gottes im Verlangen nach Heil höre, die Jungen und Mädchen zum Unterricht und zur Katechese umsichtig schicke.

Was schließlich die zeitlichen Güter, Rechte und Einkünfte betrifft, verweisen wir auf das schon oben erwähnte Schreiben vom 7. Dezember 1951.

Das oben Erwähnte soll ab dem **1. Februar 1974** gelten.

Osnabrück, in unserem bischöflichen Hause am 9. Januar 1974

(Handzeichen)
Bischof von Osnabrück

Nr. 3474/73

Documentum erectionis paroeciae
ad Sanctum Michaellem in Schwarzenbek

H E L M U T H E R M A N N U S
DIVINA MISERATIONE ET SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE GRATIA
E P I S C O P U S O S N A B R U G E N S I S
SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR

Salus animarum et ecclesiastici regiminis officium id imprimis postulant, ut quocumque congregatur notabilis numerus fidelium et magna sit difficultas accedendi ad ecclesiam paroecialem, quantocius erigatur in medio eorum templum Domini et mittatur ad eos sacerdos ad pascendum gregem novum. Quare in Schwarzenbek die 7. Decembris 1951 erecta est curatia seu vicaria perpetua cum ecclesia propria Sancto Michaeli dicata et domo habitationis pro sacerdote, cui concredita est cura animarum. Cum cetera omnia parata sint, quae ad paroeciam noviter erigendam in can. 1427 Codicis Juris Canonici requiruntur, omnibus est in votis, ut ibidem propriis secundum sacros canones instructa juribus paroecia constitueretur. Quare in honorem Omnipotentis Dei ac religionis christianae augmentum enunciatam ecclesiam Sancto Michaeli sacram in paroecialem erigere in Domino statuimus.

Invocato igitur Nomine Domini Nostri Jesu Christi, ejusque Matris gloriosissimae Virginis Mariae, Sancti Michaelis auctoritate Nostra ordinaria, auditis ac consentientibus omnibus, qui de jure (can. 1428 § 1; Motu Proprio "Ecclesiae Sanctae" I, Nr. 21, § 3) audiendi erant, praesentium tenore ecclesiam Sancto Michaeli sacram ad paroecialem evehimus et erigimus atque erectam volumus

et

et declaramus, assignantes ei cum omnibus fidelibus ibi existentibus totum districtum, cujus confinia in litteris die 7. Decembris 1951 (Kirchliches Amtsblatt, Bd. 29, S. 1, Art. 1) atque die 28. Aprilis 1960 (Kirchliches Amtsblatt, Bd. 36, S. 93, Art. 138) atque die 7. Decembris 1973 (Kirchliches Amtsblatt, Bd. 39, S. 305, Art. 446) datis accurate designantur, simulque supra memoratae ecclesiae omnia jura et privilegia hisce tribuimus, quae paroecialibus competunt ecclesiis.

Volumus etiam et mandamus, ut sacerdos, cui munus paroeciale in hac nova conferemus paroecia, parochi jura habeat ejusque adimpleat officium ad normam canonum 451 - 470 Codicis Juris Canonici, in Domino confidentes fore, ut populus christianus ejus curae commissus ecclesiam suam paroecialem pie frequentet, officiis divinis devote assistat, sacramenta religiose atque assidue percipiat, festa Domini nostri Jesu Christi, beatissimae Virginis ejusque Genetricis Mariae, Sancti Michaelis Archangeli aliorumque Sanctorum debita peragat solemnitate, verbum Dei cum salutis desiderio audiat, pueros puellasque ad scholam catechesimque diligenter mittat.

Quod tandem bona et jura et redditus attinet temporalia, remittimus ad litteras diei 7. Decembris 1951 jam supra citatas.

Praesentibus valituris a Kalendis Februariis 1974.

Osnabrugi, ex Aedibus Nostris Episcopalibus, die 9. Januarii 1974.


Eppus. Osnabrugem.

Nr. 3474/73